

dictos fratres ad ultimum convenientibus ipsis in bello campestri
 caento dictus Petrus tyrannus vincitur et captus manu propria ten.

1369 mart. 14. rici fratris sui in publico decollatur.

Tunc^{al} quoque temporis rex Dacie divitiis et potentia multum affluens Rex Dacie expellitur in
 per circuitum regni vicinarum insularum et civitatum populis py-
 ratia predatione plurimum infestus facta adversus eundem civitatum
 et provinciarum conterminarum valida coniuratione et bellis sibi
 motis compulsus fuit a regno per annos plurimos exulare. Qui
 post cum certis pactis ad pacem et concordiam cum adversariis com-
 positis ad regnum reversus, absque tamen potestate regnandi no-
 non accipiens regie dignitatis, cura quidem et administratione
 regionum thesaurorum et negotiorum extraneis commissa et desi-
 gnatis sibi in alimoniam status regii certa parte regni cum certis
 redditibus fieri regii, ceteris vero in satisfactionem ablatorum popu-
 lis et civitatibus quos depredando leserat deputatis, postmodum
 donec omnibus satisfaceret tractus est stare in regno et vivere ut privatus.

Karolus quartus visitat papam primo in Avinione
 tandem Rome.

1346 aug. 26.

Itaque Carolus imperator post obitum patris sui Johannis sci-
 licet Bohemie regis succedens eidem patri suo in^{al} regno Bohemie
 tenuit idem regnum una cum imperio Romano inscribens se in
 litteris et in causis^{al} regem Bohemie pariter et augustum.
 Quod quidem natale suum regnum ipse multis terris et posses-
 sionibus nobiliter ampliavit. Et ad eiusdem regni exaltationem
 d) in suppl. e) ita?